Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

transit. exprimens circulum qui inmarcesci
bilem uirginitatis demonstrat coronam.
Qui quoniam non solum corpore sed etiam mente pollutio
nem fugiunt in apokalypsin audiunt
Isti sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Isti e
rant audire merentur illam uocem desiderabilem
hec dicit dominus eunuchis. Aliter tricesimus
fructus ad sancte trinitatis confessionem pertinet.
sexagesimus ad bonam operationem. quia sex
diebus licet operari. Centesimus ad eterne
uite beatitudinem. quam illi percipiunt qui
fidem sancte trinitatis recto corde credunt.
et eandem bonis operibus adornant. Sed hec
omnia per patientiam adimplentur. quia nul
la sunt bona que agimus. si persecutiones ab ali
is nobis illatas equanimiter non tolera
mus. Qui enim malos tolerare recusat per
inpatientiam. ipse sibi testis est quia bonus
non est. Vera est enim patientia que nulla pas
sione frangitur uel uincitur. nulla persecu
tione turbatur. Cuius uirtutis meritum
dominus commendat discipulis dicens. In pati
entia uestra possidebitis animas uestras.
Et iterum. Beati pacifici. quoniam filii dei uo
cabuntur. Unde paulus exemplum magistri
secutus discipulis precepit dicens. Pacem sequi
mini. et reliqua. Et dominus discipulis. Habete
sal in uobis. et pacem habete inter uos.
De qua patientia etiam per salemonem dicitur. Doc
trina uiri per patientiam noscitur. Et iterum.
Melior est patiens uiro forti. et qui dominatur
animo suo. expugnatore urbium. In l.

In illo tempore. Assumpsit ihesus Secundum Mathim.
duodecim discipulos suos secreto. et ait
illis. Ecce ascendimus hierosolimam et
consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas
de filio hominis. Tradetur enim gentibus et il
ludetur. et flagellabitur et conspuetur. Et postquam

flagellauerint occident eum. et die
tertia resurget. Et reliqua. Omelia lectionis eiusdem.

Superior textus euangelice lectionis
retulit quoniam dominus temporales diui
tias fugiendas. et spontaneam
paupertatem esse amandam docuerit dicens.
Quam difficile qui pecunias habent in reg
num dei intrabunt et reliqua. Et dixerunt qui audie
bant. Et quis potest saluus fieri. Ait illis.
Que impossibilia sunt apud homines possibilia
sunt apud deum. Et iterum ostendit quia apostoli
qui omnia sua reliquerunt propter regnum dei.
multo plura recipiunt in hoc tempore.
et in seculo futuro uitam eternam. Et post hec
subiunxit. Assumpsit ihesus duodecim di
scipulos suos. Igitur postquam infirmis reddi
tam sanitatem. post diuitum increpatam
duritiam. post apostolorum spontaneam pau
pertatem eterna promissione remunerandam.
transiit ad passionis sue tropheum.
ut ostenderet eos non posse nec salutem
perfectam consequi. nec terrena derelinquere.
nec celestia apprehendere. nisi ille more
retur pro omnium salute. qui est salus omnium
nostrum. Quibus etiam uitam eternam promiserat.
passionis anteponit tribulationem. ut
si eos delectaret locus celsitudinis. prius
exerceret dolor tribulationis. Predic
tus quoque in his considerandum est quod prudens
dominus animos discipulorum ex sua passio
ne perturbandos. longe ante eos et pe
nam passionis et gloriam resurrectionis
predicere uoluit. ut tanto minus de eius
passione turbarentur. quanto hanc a pio
magistro predictam recolerent. Minus enim
iacula feriunt que preuidentur. et quoniam nimis
in eius passione conturbati et territi fuissent.
multo magis tamen turbarentur. nisi ipsam